7 ¶ Offenſa dicitur etiam illa quam quis reuocat ſibi ad animum.licèt nõ iuſte, & non eſt punibilis.in l.cum te.nu.2.C.de inof.teſt. 144

1 offenſa vbicunque eſt à iure permiſſa ibi defenſa eſt denegata ſicut econuerſo. in l.j.§.ius gentium.nu.5.ff.de iuſti.& iure. 3

5 offenſa perſonalis dicitur duobus modis.in l.licitatio.§.quod illicite. nu.4. ff. de publ.& vecti. 31

7 offenſa quando eſt impunita ex forma ſtatuti non debet recipi accuſatio, nec formari inquiſitio ſuper ea.in l.ſi ſeruus.nu.2.C.de his qui ad eccl.confug. 24

8 offenſa leuis reputatur grauis in illo qui tenetur ad reuerentiam, & qui recipit beneficium ab eo quem offendit propter ingratitudinem quæ ex offenſa incurritur.in l.2.nu.2.C.de lib.& eo.lib. 16

5 offenſa an poſſit alicui grauius delictum committi,vel grauior offenſa quàm corrumpere ei vxorem.in l.interdum.nu.3.ff.de publ.& vect. 32

1 offendi ſi video te quando tenear ſi te non defendo cum poſſum, in l. j. §. ius gentium.nu.12.ff.de iuſti.& iure. 3

5 offendens alium vel circa aliquem delinquens ,non ſolum offendit illum,ſed etiam rempub.cuius intereſt pacatos eſſe homines.in l.licitatio. §. quod illicite.nu.3.ff.de publ.& vecti. 31

5 Si te offendi indebite,& poſtea peto quòd caueas mihi de non offendendo an debeam audiri.in l.qui bona.§.de illo quæritur.nu.4.ff.de dam.infect. 16

1 offenſa tanto maior fit ſibi,quanto minus habet ſi illud offuſcatur,in l.inter ſeruitutes.nu.2.ff.de ſerui.vrba.præd. 169

4 ¶ Offerens pecuniam debitam non ſufficit ei dicere quòd ibi erat tanta pecunia niſi numeretur.in l.cum ſeruus.nu.5.ff.de cond.& demon. 90

1 ¶Officialis nouus ſi conſtituatur ſuper damnis datis vtrum cenſetur adempta iuriſdictio poteſtati ſuper illis qui habent generalem i omnibus.in l.cum prætor.nu.5.ff.de iudi. 122

4 officialis idem ſi propter aliquem caſum exercet officium duorum debetur ſibi duplex ſalarium.in l.qui duobus.nu 2.ff.de cond.& demon. 80

8 Officiales quòd puniantur ſi patiuntur rectorem facere quod facere non debet,in l.iudicibus.nu 3.C.de appella. 140

8 officialium electiones.i.extractiones quæ fiunt ad officia publica de burſa cõi debent fieri in conſilio publico.in l.nominationes.nu.2.C.de appella. ibid.
Quòd idem ſit in quibuslibet officijs alicuius vniuerſitatis.ibid.

4 officiales publici propter debitum publicum non poſſunt deſtruere domum debitoris,nec recipere tigna vel tegulas,ſiue alia iniuncta vt vendant pro debito publico.in l.cætera igitur.§.hoc ſenatus.nu.2.ff.de leg.1. 19
Quid ſi debitor abeſt & non reperitur qui emat domum,ſed qui emeret tigna ibi.nu.3.

1 officialis publicus ſi vendat aliquam poſſeſſionem pro penſitationibus non ſolutis,emptor non poteſt conueniri vt ſoluat penſitationes præteritas. in l.ſi. nu.3.C.ſine cen.vel reli. 231

2 officiales qui,& quando poſſint contrahere cum ſubditis in loco officij. in l. principalibus.nu.1.ff.ſi cer.pet. 17

2 officialis quando mittitur ad maſculos egregias perſonas, debet altera pars moneri,& quando mittitur ad mulierem.in l.ad perſonas.nu.2.ff.de iureiur.27
Cuius expenſis fiat iſta miſſio,remiſ.ibi.nu.3.

2 officialis an teneat de culpa vel dolo familiæ ſuæ.i l.videamus.n.4.ff.loca. 129

4 officiales non ſyndicantur de omni malo geſto ſi per errorẽ non per malitiã errarunt in l.quamuis.nu.3.ff de cond.& demon. 81

8 officiales curiæ,an debeant eſſe præſentes quando fertur ſententia diffinitiua. in l.cum ſententiam.nu.3.C.de ſen.& interlo.om.iud. 128

8 officialis condemnatus a ſyndicatoribus, an poſſit appellare. in l. nulli officialium.nu.2.C.quo.appel.reci. 145

1 officiales omnes mortuo prætore vel rectore ſtatim ſunt liberi & abſoluti à contractu facto cum illo & poſſunt ſe cum aliis locare.in l.diem functo. nu. 6. ff.de off.aſſeſ. 16

4 officialis nouus ſi eſt creatus ſuper certis cauſis puta damnis datis, an videantur iſtæ cauſæ derractæ de iuriſdictione poteſtatis qui habebat eam generalẽ, in l.quod in rerum.§.ſi quis poſt.nu.5.ff.de leg.1. 12

8 officialis ſi eſt mihi condemnatus in ſindicatu quia denegauit mihi facere iuſtitiam contra Titium,& ſoluit mihi non ſuccedit in iure meo contra Titium nec teneor ei cedere,& remanet mihi ius ſaluum contra Titium.in l.municipia. n. 3.C.de ſer.fug. 5

7 officiales qui non poſſunt capere clericos pro impoſitionibus eis factis nõ poterunt ẽt capere eorum colonos vel familiares.in l.1.n.7.C.de epiſc.& clc. 14
Quid in aliis priuilegiatis an eorũ priuilegia extẽdãtur ad familiares.ibi.nu.8.

1 ¶ officio iudicis nobili agens,an poſſit reconueniri.in l.non alias.nu. 10. ff. de iud. 126

8 officium publicum quòd valeat maleficium qualiter intelligatur.in l.etiam furti.nu.2,C.de furtis. 8

8 Remotus ab officio propter crimen per eum commiſſum non poteſt amplius ad illud vocari niſi cum autoritate principis ſcientis & diſpenſantis.in l.2.n.4. C.de liber.& eorum liber. 16

8 officio iudicis quod fit,dicitur fieri extraordinariè.in l.1 num.2.C.de lib.& eorum lib. 16

7 officium iudicis oritur ex pacto nudo in iudicio facto,ſeu coram iudice,& an habeat executionem paratam.in auth.generaliter.nu.2.C.de epiſc.& cler. 16

6 officium videtur interdictum alicui eo ipſo ꝙ ſubrogatus eſt alius.in l.quod ſi forte.§.ſunt quidam.nu.4.ff.de ſolu. 74

2 officium iudicis non habet vim actionis bonæ fidei, nec arbitrariæ. in l. in actionibus.nu.9.ff.de in lit.iur. 36

1 officium iudicis executiuum non poteſt implorari contra tutorem vel curatorem,ſed actio in factum ſic.in l.argentarium.§.noſe pupillę.n.3.ff.de iud. 131

2 officio iudicis nobili quod peti poteſt non finito principali, ſed id quod officio iudicis mercenario peti debet,finitur finito principali.in l. Stichus .§. Lucius Titius.nu.2.ff.de cond.indeb. 60

1 officio publico commiſſo pluribus quod quibuſdam prohibetur cæteris videtur eſſe permiſſum,& quando debeat vnus ſubrogari loco alterius. in l. cum prætor.nu.2.ff.de iud. 122
officiis in priuatis vt in pluribus procuratoribus vel executoris vltimæ voluntatis non habet locum ſubrogatio ſi vnus remoueatur vel decedat. in l. cũ prætor.nu.2. eod.

7 officium iudicis implorare poſſum ſi video forenſem tranſeuntem in ciuitate cum equo meo quòd ſatiſdet vel deponat & conſignet equum, vt in l. acceptam.nu.11.C.de vſur. 219

3 officio iudicis mercenario quæ veniunt non poſſunt in iudicium deduci finito negotio principali.in l.terminato.nu.2.C.de fruc.& lit.expen. 132

4 officium vnum poteſt dari aliud per quod non diſtrahitur a primo.in l.ſi legatus.nu.2.ff.ad Treb. 124

2 officium ſi aliquis ſciente,& patiente ſuperiore exerceat, tanquam locum tenens eius,licèt non appareat,quòd fuerit deputatus ad illud, valent geſta coram eo.in l.j.§.magiſtrum.nu.3.ff.de exerci.act. 88

2 officia qũ ſunt diuiſa inter plures in eo ꝙ eſt commiſſum vni,alter habetur tanquam priuatus,ac ſi non eſſet officialis.in l.j.§.ſi plures.n.9.ff.de exerci.act.88

6 officium iudicis nobile proponitur loco actionis,& tunc datur libellus,lis cõteſtatur & ordinarie proceditur ſicut in actionibus.in l.1.§.iudiciales. nu.2.ff. de præto.ſtipu. 90

4 officium iudicis dicitur remedium extraordinarium,ſed actionis dicitur ordinarium.in l.ſi cui legatum.nu.2.ff.de cond.& demon. 91

1 officium iudicis eſt indiuiduum & ratione partis impeditur totum.in l. Iulianus ait.nu.2.ff.de iud. 123

1 officium iudicis ex hoc edicto de edendo partim habet naturam perſonalis actionis partim realis.in l.quædam ſunt.§.nihil.n.7.ff.eden. 51

8 officium quando eſt publicum autoritate,ſed vtilitate priuatum non appellatura nominatione,&intra quantum tempus fiat excuſatio.in l.ſi adſcribatum, nu.2.C.de appel.

7 officium ratione cuius debet alter alteri prodeſſe & non nocere, an inducat præſtandi neceſſitatem,& an impediat actionem neg.geſt. & quid in obſequio & quid in pietate paterna,vel materna.in l.officio.num.2.C.de neg. geſt. 77

7 officium tutoris & curatoris quare non tranſeat ad eorum hæredes, & ſi gerat negotia minoris de qua culpa teneantur.in l.curatoris.n.2.C.de neg.geſt. 78

8 officium actoris generalis ad omnia negotia tantum durat quantum officium tutoris vel curatoris.in l.ſi actor.nu.4.C.de appel. 140

1 officium iudicis nobile in quibus caſibus poſſit implorari principaliter, & quot modis poſſit proponi officium iudicis & qualiter procedatur, & vbi requiritur libellus qualiter debeat concipi.in l.j.nu.2.ff.de iuriſ.om.iud. 16

8 officium iudicis aliquando proponitur loco actionis.in l.liberti non.nu. 3.C. de lib.& eo.lib. 16

7 officio qui venit priuandus poteſt antequam priuetur ipſum exercere.in l. iubemus.§.ſane.nu.8.C.de ſac.ſan.eccl 10

1 officium neceſſarium gerens poteſt ratione ipſius officij poſtulare pro eo quo officium gerit,licèt aliàs prohibeatur.in l.puto.nu.1.ff.de poſtul. 79

1 officium publicum vt quis acceptet poteſt inuitus de domo extrahi.in l. plerique.nu.9.ff.de in ius voc. 27

7 Ille qui remouetur ab officio nunquã amplius ad illud redire poteſt. intellige propter aliquod crimen.in l.properandũ.§.ſin aũt vtraque.n.4.C.de iudi.118

7 officium procuratoris,an debeat eſſe gratuitum.in l.j.nu.4.C.manda. 221

7 officium iudicis implorare poteſt de plano abſque libello ille qui eſt in poſſeſſione ſi ab aliquo turbatur,vel dubitat turbari vel inquietari vt illum prohibeat vel vim fieri vetet.in l.ſi ſuper.nu.4.C.de tranſac. 54

1 officia duo contraria non poſſunt eſſe in perſona eiuſdem.in l.licèt.in §.ſi plures.nu.2.ff.de proc. 95

7 officio iudicis vtilius eſt defendi quã agere interdicto,uti poſſidetis, & quare. in l.

Domini Pauli de Castro.

in l.seruus.nu.2.C.quod cum eo. 202
4 Officium iudicis ceditur,licèt non sit actio,vel ius.in l.si eius pupilli.nu. 2. ff. ad S.C.Trebel. 132
4 officijs.in officijs secularibus ℘ tres actus interueniant.s.electio acceptatio & ingressus in officium & quando dicatur quis officialis & quid in spiritualibus, in l.Publius.nu.4.de cond.& demou. 81
3 ¶Oldradus pater legum.in l.is qui putat.nu.8.ff.de acqui.hære. 112
4 ¶Oleum an dicatur fructus naturalis an industrialis.in l.maritus.num.5.ff.ad leg.falc. 110
4 ¶Omittere illud quod omitti non debet dicitur error, proprie tamen error est quando quis credit quod non est.in l.cum propone.nu.5.ff.de leg.2. 58
4 omissio notarij, vel scriptoris non vitiat actum quando potest colligi quid erat dicendum in l.cùm pater.§.cum imperfecta.nu.2.ff.de leg.2. 65
7 ¶Onus capitationis quod olim imponebatur capitibus puta masculis vnus aureus,& fœminis dimidius,vocabatur tributum & ab isto erant immunes personæ ecclesiasticæ.in l.sacrosancta.nu.2.C.de sacrosan.eccle. 6
4 onus quando iniungitur super re legata appellatur onus intrinsecum, sed si super alia re appellatur extrinsecum.in l.si mihi Stichus.nu.2.ff.de leg.1. 41
1 onus probandi quando non incumbat ei qui dicit aliquem esse mortuum. in l.iura constitui.nu.2.ff.de legi. 10
4 onus iniunctum per modum conditionis sicut non scinditur vt possit impleri pro parte vt quis consequatur partem legati, ita nec iniunctum per modũ dispositionis,vel modi.in l.etiam.nu.2.ff.de leg.1. 44
4 onus quandocunq; apponitur post emolumentum acquisitum facit modum potius quam conditionem,sed si esset implendum ante,tunc faceret conditionem.in l.cum pater.§.Titio,in nu,5.ff.de leg 2. 66
4 onus legatorum,vel fideicommissorum simpliciter,vel generaliter iniunctum si cuilibet gradui institutorum censetur appositum,ita & onus conditionis. in l.quæ conditio.nu.2.ff.de cond.& demon. 83
7 onus probandi ætatem maiorum,vel minorum cui incumbat.in l. cum te. nu. 6.C. de proba. 181
7 onus probandi quando incumbat ei qui dicit alium nullum habere mandatum.in l.licèt.nu.2.C.de procu. 74
8 onus soluendi adiectum hæredi per modum conditionis defalcatur si excedat dodrantem hæreditatis.in l.si quis.nu.2.C.ad leg.falc. 190
4 onus quando est iniunctum emolumento sicut ignoranti acquiritur emolumẽtum ita & ignorans obligatur, in l. cum pater,§.surdo &.nu.2.ff.de leg. 2, 64
4 onus nominatim iniunctum,licèt non transeat interdum ad coniunctum, vel substitutum secundum communem opi.bene transit ad hæredem grauati, in l. cum ita.§ quod à legatario.nu. 1.ff.de leg.2. 53
4 Quæ sit ratio diuersitatis inter onus appositum per modum conditionis & onus iniunctum per viam modi,vel fideicommissi.in l.Plautius,n,5.ff. de cõd. & demon. 83
4 onus legati censetur cuilibet hæredum appositum pro parte hæreditaria nisi aliquis excipiatur.in l.ab omnibus.nu.2.ff.de leg.1. 41
1 onus tributi est mere reale,quia imponitur rei,& non personæ & an idem in onere collectæ:& an res transeat in ecclesiam cum illis oneribus.in l.inter debitorem.nu.3.ff.de pact. 69
7 onera quæ hodie imponuntur per ciuitates & dominos sunt onera noua, licèt inuenta ad similitudinem prædictorum & vt plurimum imponuntur personis propter res,in l.placet.nu,5.C.de sacrosecc. 5
1 onus probandi causas expressas in exhęredatione,vel præteritione filij esse veras incumbit hæredi non autem filio probandi se gratum,vel merentem, in l. hoc colore.nu.3.ff.de inoffi.test. 139
2 onus publicum si imponatur alicui certæ quantitatis secundum æstimationẽ suarum facultatum,& descriptus sit in libro puta decem, ℘ inspiciatur tẽpus impositionis quousq; fiat aliud æstimum, licèt diminuantur facultates, vt quia aliquid vendat,nisi aliud actum sit cũm emptore.in l.id quod. §. si pater. nu.2.& 3.ff.de constit.pec. 72
2 ¶ Operas fabriles x.si tibi indebitè præsto credens me teneri, non possum repetere totidem operas fabriles tuas, sed repetere æstimationem earum, quia tantum es effectus locupletior ex meis.in l.si operas.n.2.ff.de præscrip.ver. 144
2 operas promittens non specificando quas,intelligitur promittere illas, quas scit facere.in l.si non sortem.§.libertus.nu.4.ff.de cond.indeb. 50
operæ diuersarum personarum ℘ non possint dici eędem, neque similes, & an hoc sit verum.ibi.nu.11.
6 operæ vnius,an censeantur eædem cum operis alterius.in l.nemo est. nu. 2 ff. de duobus reis stipu. 51
3 operæ liberti concernentes patrimonium,vt scriptoriæ,vel pictoriæ transeũt ad quoslibet hæredes,etiam extraneos,in l.pro hærede,§.si quid.n.2. & 4. ff.de acq.hęr. 113
De operis officialibus,obsequialibus &c.vide.ibi,nu.3.4.5.& 6.
1 operas suas locans ad pugnandum cum bestijs feris cum effectu est infamis ipso iure & pro alijs postulare nõ pôt.in l.j.§.bestias.n.2.3.4.& 7.ff. de postu. 79
3 opera est diurnum officium.in l.aditio.nu.2.ff.de acq.hær. 120
1 opera est diurnum officium.in l.si debitor.nu.2.ff.de pact. 72
7 operari debet quis vbi alimenta recipit.in l.j.nu.2.C.de rei vend. 157
4 operarios plures si quis misit in vineam suam postea emit unum & promisit sibi dare quantum vnus de alijs habet quod tunc debeat habere tantum quantum alius qui tantundem fecit,vel non plus arbitrio boni viri non autẽ quantum ille qui minus habet si plus fecit.in l.si ita relictum. nu.2.ff.de leg. 2. 55
7 ¶Qualiter possit dici quem præstare opem post maleficium commissum. in l. raptores.nu.5.C.de epis.& cle. 21
5 ¶Opinio,an præferatur veritati.in l.si fur rem.§.si quis.nu.2.ff. de vsuca. 67
7 opinio consistit in præsumptione hominis quæ resultat ex his q̃ faciunt semi plenam probationem.i.vnius testis de veritate in rub,num.4.C.de proba. 179
8 Inspicitur magis id quod est in opinione,quam id quod est in veritate, posito quod id quod est in opinione tendat ad reddendum actum nullum,& id quod est in ueritate,tendat in oppositum,vt valeat.in l. is qui putat.num.3,ff.de acq. hære. 111
5 In his quę dependent ex mera uoluntate alicuius vt est vsucapere, vel dominum effici inspicitur potius id quod est in veritate quam id quod est in opinione falsa.in l.2.§.si sub conditione.nu.2.ff.pro empto. 70
3 opinio mea,vel veritas,an debeat inspici in his,quæ dependent ex mera uoluntate mea,si non sum certus de veritate per sensum corporeum, sed opinor inclinando animum meum ad vnam partem.in l.cum quidam.§.quod dicitur. nu.4.ff.de acq.hær. 117
3 In his in quibus non possum habere certitudinem per propriã,& veram scięntiam, seu sensum corporeum,puta an aliqua mulier sit prægnans, debeo potius stare opinioni eorum,qui possunt melius scire,quam ego,vt dicto mulieris,vel obstetricum,in l.cum quidam.§.quod dicitur.nu.5.ff.de acq.hæ. eo.
1 ¶Opponens de beneficio pacti non habet necesse allegare aliquid quod consistat in iure,sed sufficit ℘ allegat pactum sibi factum & ipsum probet,& quid in stipulatione, in l.si vnus.§.pactus.nu.12.ff.de pact. 64
5 opponens de litis pendentia debet eam probare.in l.generaliter. num.2.ff. de excep. 87
1 oppositum in oppositio debet operari quod operatur propositum in propositio.in l.si quis.nu.2.ff.de neg.gest. 113
8 ¶Oratio quæ sumitur ex vniuerso si in vno est falsa tota redditur falsa. in l. cum quidam.nu.7.C.de impu. 56
3 oratio quando est imperfecta,& ex pluribus verbis necessarijs plura fuerunt scripta,quàm omissa,tunc sufficit,℘ possit intelligi.in l.j.§.sin autem.num.2. ff.de hære.instit. 78
1 oratio vniuersalis,vel dictio restringitur interdum ad euitandã absurditatem in l.inter omnes.nu.4.ff.qui satisf.cog. 36
3 orationes duæ singulares,quarum vna sit affirmatiua altera negatiua vt quidam homo currit,& quidam homo non currit,dicuntur orationes subcontrariæ,quorum natura est vt possint esse simul veræ,sed non possint esse simul falsæ.in l.si is qui.§.vtrum.nu.2.ff.de reb.dub. 79
oratio si sumatur ex vniuerso,& tunc vniuersalis affirmatiua & vniuersalis negatiua dicuntur orationes recte contrariæ,& earum natura est vt non possint esse simul veræ,sed simul falsæ,ibi.nu.3.
4 ¶Ordinarius iudex potest apponere decretum annullatiuum actus in his quę pertinent ad suam iurisd.in l.codicillis.§.instituto.nu.3.ff.de leg.2. 70
4 ordinarius vnus nisi sit princeps non potest facere alium ordinarium. in l.j.§. his quibus.nu.3.ff.de leg.3. 71
ordinario si concederetur aliquod priuilegium & eius locum tenenti, debet intelligi de illo locumtenente qui esset ordinarius & positus ab eo qui posuit ordinarium, ibi.
8 ordinarius si in aliqua causa quæ versatur inter te & me dedit iudicem delegatum cum clausula ℘ neuter nostrum possit appellare,vel iudicem recusare ante diffinitiuam sententiam,an nihilominus poterit appellari,vel delegatus recusari.in l.si.nu.2.C.de senten.& interlo.om.iud. 129
1 ordinarius si in causa sibi delegata in qua poterat procedere vt ordinarius, & processit vt delegatus.& delegatio non tenebat, an ualebit sententia & processus ex iurisdictione ordinaria, in l.& si prætor.n.2.ff.de offi.eius cui mand. est iurisd. 15
1 Superior si scribat ordinario in causa spectante ad iurisditionem ordinarij nõ facit illum delegatum in illa causa si non mutat modũ procedendi, sed potius eius iurisdictionem videtur excitasse & quis effectus resultet.in l.& prętor.n. 3,ff.de offi.eius cui manda.est iurisd. eod.
1 ordinarius vnius territorij non potest facere citari non sibi subditum etiam existentem in suo territorio,nec ille tenetur sibi obedire, & quid si erat dubiũ an esset subditus.in l.extra territorium.nu.2.ff.de iurisd.om.iudi. 21
1 ordinarius potest recusari vt suspectus ad hunc finem vt causam alteri deleget,non vt ex toto repellatur,& ℘ talis exceptio non obstet delegato.in l.prętor sicut.nu.2.ff.de iurisd.om.iud. 20
1 ordinarius,licèt non possit recusari vt suspectus,tamen in casibus de quibus in hac lege poterit,& tunc debebit causam alteri delegare qui non sit suspectus & si recusatus procedat ℘ non valeat processus in l.qui iurisdictioni. nu 2.ff.de iurisd.om.iud. 19
Quid si pars non opponat & quid si personæ de quibus in prædicta lege non agerent,sed conuenirentur.ibi,nu.3,
1 ordinarius delegãs inferior à principe,an possit inhibere prorogationem iurisdictionis de tempore ad tempus.in l.2.§.sed si.nu.3.ff.de iudi. 120
7 ordinarius potest aduersus suam sententiam restituere,sed appellatio debet interponi ad superiorem,in l.aduersus.nu.2.C.si aduer.rem iudi, 87
Quid in delegato.ibi.nu.3.
2 ordinarius videtur eum delegare,qui cognoscit de aliqua causa, tanquam delegatus sciente,& patiente.in l.j.§.magistrum.nu.4 ff.de exerci.act. 88
7 ordinarius si delegauit cum potestate subdelegandi,an tunc subdelegatus poterit subdelegare.in l.à iudice.nu.6,C.de iudi. 113
7 ordinarius,an possit recusari.in l.apertissimi.nu.6,C.de iudi. 120
ordinario adiunctus,an sit ordinarius,vel delegatus,in auth.si vero.nu.2.& 4. C.de iudi,ibid. 121
1 ordinarius si non potest cognoscere nisi vsq; ad certam summam, an eius iurisdictio prorogari possit ad maiorem & ℘ prorogatio fieri nõ possit per procuratorem sine speciali mandato.in l.de qua re.§.iudex.nu.3.ff.de iudi, 137
5 ordinarius habens imperium quandocunque vult potest facere aliquem capi personaliter & ad se duci non tamen potest facere ipsum extrahi de domo. in l.dies cautioni.§.si intra.nu.4.ff.de dam.infec. 12
7 ordinarius qui delegauit audientiam causæ reseruata sibi sententia tenetur ipse adesse in principio medio & fine & ℘ debeant ei exhiberi acta gesta coram illo commissario.in l.2.nu.8.C.de eden. 38
4 ¶ Ordo scripturæ præponderat ordini affectionis.in l.cum pater.§. à te peto. nu.3.ff.de leg.2. 67
8 ordinis iudiciarij omissio qui non effet de iure naturali non vitiat processum vel sententiam principi, in l.si.nu.4.C.de leg, 27
3 ordo affectionis,an inspiciendus sit,quo ad testatorem.in l.Gallus,§.quidam. nu.10.ff.de libe.& posth. 63
6 ordinis peruersio de vno iudicio ad aliud non reddit sententiam, vel processum nullum & quid in peruersione de seipso ad seipsum.in l.j.§.si apud eundem.nu.2,ff.quæ sent. sine appel.rescin. 110
7 ordinis peruersio de vno iudicio ad aliud non reddit processum nullum, sed peruersio ordinis in eodem iudicio bene redderet processum nullum. in l.2. nu.2,C.commu.diui. 173
3 ordo scripturę,uel temporis,uel rei gestæ,an sit attendẽdus remis.in l.2.§. sed & si quis.nu.2.ff.de vulg.& pupill. 87
3 Si probatur quem fuisse promotum ad presbyteratum,non sequitur per hoc ℘ fuerit promotus ad priores ordines.in l.illud.nu.3.ff.de acq.hær. 126

De litera P.

Index singularium materiarum

De litera P.

1 PACTVM nudum iuxta contractum vestitum & incontinenti appositum non inest actioni, sed contractui, tamen informat actionem,& etiam contractum,& de alio effectu remis.in l. iuris gentium.§.quinimo.nu.2,ff.de pact. 55
De hoc,vide plura.ibi.à nu.3.vsque ad 20.

2 pactum de non petendo nisi adueniente conditione appositum incontinenti, vel ex interuallo iuxta stipulationem puram,quando præiudicet stipulanti.in l.lecta.nu.17,ff.si cer.pet. 19

1 pactum quare non sufficit ad inducendam nouationem præcedentis obligationis sed requiratur stipulatio.in l.si vnus.§.pactus,nu.4.ff.de pact. 63
Vide latius.ibi.nu.5.vsque ad 14.

2 pactum incontinenti appositum iuxta stipulationem continens maiorem ter minum quàm stipulatio sibi inest,vt videatur ipso iure recessum à termino in stipulatione contento.in l.lecta.nu.1.ff.si cert.pet. 18
Vide latius de hoc,ibi.à nu.7,vsque ad nu.16.

1 paciscendo non agere contra te commodati,videor remittere leuissimam&leuem culpam,& an etiam dolum.in l.si vnus.§.illud nulla.nu.5.ff.de pact. 65
pactum quòd si ingrediaris vineam meam,liceat mihi te vulnerare non valet. ibi.nu.6

1 pactum de non petendo,non excludit actionem vel obligationem ciuilem nisi postquam fuerit apposita exceptio pacti.in l.si vnus.§.si tamen cum mihi.nu. 2.ff.de pact. 65
pactum quo casu habeat vim solutionis,in d.l.si vnus.§.sed si stip.n.2,ff.eo.eo.
pactum factum super vna re non extenditur ad alteram nisi duæ res debitæ fin gantur vna.ibi,nu.3,

7 pactum de quota litis quid dicatur.in l.si contra.nu.2.C.manda. 223

1 pactum si fiat simpliciter concipiendo verba in rem,vt promitto non petere, quod mihi debes,intelligitur nec à te nec ab hærede tuo vel tuo procuratore. in l.si tibi x.§,si quis.nu.2.4.5.& 8.ff.de pact. 60

7 Si cum esses dominus alicuius fundi & possessor paciscor tecum ne illum facias religiosum vel ne alienes,an tale pactum valeat.in l.si.nu.2.3.4.& 5. C.de pact.inter emp.& vend. 235

1 Limitationes quatuor in quibus pactum factum principali non prodest fideiussori,in l.& hæredi.§.in his.nu.2.& 6,ff.de pact. 62
pactum dicitur personalissimum propter dictionem taxatiuam & non extenditur ad aliam personam etiam accessoriam,in l.& hæredi.§.in his . num. 3. 4. & 5.ff.de pact. eod.
paciscens nomine extranei ne ab eo extraneo petatur si habebat mandatum statim acquiret illi & si non habebat tunc secuta ratihabitione.in l. idem.§.pactum.nu.2,ff.eo.

3 pactum lucrandæ dotis quando habeat locum,& tunc si extant liberi ex vxore prædefuncta,& maritus transeat ad alia vota,tenetur eam dotem reseruare filiis illius matrimonij,ex quo lucratus est,& quid si statutum dicat,quòd vir lucretur dotem vxoris præmortuæ.in l.2.nu.7.ff.sol.mat. 3

2 pactum in venditione appositum,q̃ non soluto pretio ad terminum,venditio sit nulla,& quicquid soluit nomine arrharum,vel pretij emptor perdat, quòd sit licitum.in l.Iulianus.§.idem Papi.nu.4.ff.de act.emp.& vend. 123

1 pactum ne agatur depositi non importat vt res deposita remaneat penes depositarium,sed solum ne conueniatur ratione doli vel latę culpæ commissæ in illa re.in l.si vnus.§.illud nulla.nu.4.ff.de pact. 65

2 pactum de non petendo si sit à principio tempore contractus impedit ipso iure ortum vtrium obligationis,& sic actionis naturalis,& ciuilis. in l.rogasti. §.si tibi.nu.3.ff.si cert.pet. 9

7 pactum legis commissoriæ sicut dicitur quando agitur vt non soluto pretio per emptorem res sit inempta ita quando agitur vt restituto pretio per vendi torem res sit inempta & qua cautela vti debeat venditor.in l.si à te.num.3. C. de pac.inter empt.& vend. 235

5 pactum vel sta.de dote lucranda habet locum etiam in dote non soluta constante matri.in l.non tantum.nu.3.ff.de re iudi. 79

1 pactum factum in instrumento quòd debitor possit capi,non extenditur ad hęredes debitoris,secus in statuto dicente quòd debitor possit capi. in l. decesserit.nu.10.ff.qui satis.cog. 33

1 pactum inter officialem & communitatem quia in syndicatu debeat communitas dare sibi honorantias.i.arma seu banderiam cum armis,non valet, licèt hoc possit fieri gratis.in l.iurisgentium.§.prætor ait,nu.3.ff.de pact. 56
pactum inter ludentes quòd nullus eorum recedat de ludo quousque perdiderit tantam pecuniam non valet.ibi.

1 paciscor de non petendo fundum tanquam meum,an exclusus sum si peterẽ ex alia causa vt quia mihi debitum actione personali.in l.si vnus,§.item si. nu. 2.ff.de pact. 65

2 pactum de transferendo dominium an sit contra naturam emptionis , & venditionis,& quòd aliquando transferatur in alium contractum.in l.si.n.4.& 5. ff.de cond.cau.da. 44

1 pactum tacitum de non petendo in quibus casibus resultet.in l.qui futurum . nu.2.ff.de pact. 72

2 pactum nudum si fiat super debito præcedenti,quòd tunc oriatur actio , quæ est prętoria.in l.j.nu.2.ff.de const.pec. 70
pactum nudum non producit actionem de iure ciuili.ibi.nu.1.

3 pactum de restituendo,vel lucrando dotem si dissoluatur matrimonium sine liberis qualiter distinguatur,& qualiter videatur paciscens donasse ipsis liberis.in l.si cum dotem.nu.9.ff.sol.matr. 16

3 pactum quòd debitor non possit cedere bonis non valet,in l.alia causa.§. eleganter.nu.3.ff.sol.mat. 14

7 pacti de non petendo vires,& pacti de petendo.in l.pacta nouissima. nu. 2. 4. & 5.C.de pact. 44

2 pactum appositum in contractu quòd damno & interesse stetur iuramento actoris,an valeat.in l.videamus.§.deferre.nu-3.ff.de in lit.iur. 36

1 pactum nudum,an producat actionem de iure canonico.in l.iurisgentium.§. sed cum.nu.3.ff.de pact. 54

2 pactum de futura successione valet,quando fit ex necessitate præcedentis contractus.in l.si quis seruum.nu.2.ff.de act.emp.& ven. 123

1 pactum de liberando in futurum producit exceptionem de præsenti. in l.si in tra.nu.2.ff.de pact. 69

1 pactum de sui natura nudum qualiter iuuetur lege ciuili vel prætoria, & senatusconsulto ut pariat actionem si fiat ad agendum.in l.legitima conuentio. nu.6.7.8.& 9.ff.de pact. 53
per pactum de non petendo quando tollatur actio ipso iure.ibi.nu.5.

1 pactum seu mandatum de soluendo alteri quòd possit reuocari,in l.j.§.pactũ. nu,5.ff.de pact. 52

7 pactum vel statutum de dote lucranda,an habeat locum si mulier quæ dotem dedit vel promisit moriatur antequam ad domum mariti traducatur, vel ante copulam carnalem.in l.fi.nu.7.C.de epis.& cler. 21

1 pactum quòd non possit probari debitum nisi per instrumentum publicum, & non per testes non valet.in l.pactum inter.nu.5.ff.de pact. 70
pactum quòd scriptura priuata fidem faciat non valet ,nec quòd stetur sacramento partis de damnis,& interesse.ibi.nu.6.

1 pactum incontinenti appositum quid sit,& qualiter dicatur inesse cõtractui, & quid operetur.in l.& iam.§.item à debitore.nu.5.ff.de peti.hær. 152

1 pactum factum in diuisione vel venditione quòd vnus fratrum cui obuenit curtis non possit ibi ædificare sub certa pœna promissa fratri,quòd sit seruitus prædialis & transitoria in singularem successorem,licèt pœna non transeat,in l.cum fundo.nu.2.ff.de ser.rust.præd. 174

2 pactum ne venditor teneatur de euictione in tribus casibus non prodest, & qui sunt,& quid si etiam dicatur quòd non teneatur ad restitutionem pretij. in l.emptorem.§.qui autem.nu.2.ff.de act.emp.& vend. 120

1 pactorum quędam fiunt inter præsentes quædam inter absentes per nuntiũ vel epistolam.in l.1.§.sed conuentionum.nu.2.ff.de pact. 52
pactorum quædam sunt expressa & quædam tacita.ibi.nu.3.

1 pactum gratuitum non inspectis verbis testamenti non valet.in l.de his.nu.4. ff.de transac. 75

1 pactum factum vni ex reis debendi an prosit alij.in l.2.nu.4.ff.de pact. 52

3 pactum vel statutum de dote lucranda habet etiam locum in dote non soluta si contractum est matrimonium per verba de præsenti.in l.si marito . §. si pater.nu.2.ff.sol.mat. 24
Quid si statutum diceret quòd vir lucretur dotem datam.ibi.nu.3.

2 pacta quando dicuntur pars contractus,& sic dare legem contractui . in l. lecta.nu.2.ff.si cer.pet. 19

4 pactum vel statutum de lucrando dotem vxore præmortua habet locum,etiã in dote non soluta.in l.Mutianæ.nu.3.ff.de cond.& demon. 78

6 Si donaui tibi aliquam rem cum pacto quòd post mortem tuam perueniat ad ecclesiam,an potero illud pactũ reuocare te viuẽte.in l. qui Romæ.§. Flauius. nu.3.ff.de verb.obl. 38

7 pactum factum putatiuo hæredi contemplatione ipsius non prodest vero hæredi.in l.si actionem.nu.3 C.de pact. 47

1 pactum quando fit ab eo qui habet vtiles actiones, an præiudicet habenti directas,& quid econtra.in l.si cum emptore.nu.4.ff.de pact. 59

7 pactum de quota litis,an sit reprobatum in procuratore in rem suam & quid si actio erat inutilis cedenti vel cedens sit pauper.in l.per diuersas.num. 2. C. mandat. 223

1 pactum personale,an prosit hæredi paciscentis post eius mortem,& an successori singulari.in l.si tibi decem.§.pactum conuentum.nu.3.ff.de pact. 61

1 pactum habet uim confessionis sicut econtra.in l.tale pactum.§. qui prouocauit.nu.2.ff.de pact. 68

4 pactum,an valeat inter contrahentes quòd debitor possit capi.in l. Titio centum.§.Titio centum & Seio.nu.3.ff.de cond.& dem. 87

7 Qualiter deducatur in stipulationem id quod deuenit in pacto, & qualiter possit etiam pactum sequi stipulationem,vt possit agi ex illa stipulatione ad id quod postea deductum est in pacto,in l.petens.nu.2.C.de pact. 47
Vide latius de hoc.ibi.nu.3.5.6.7.& 8.

2 pactum per naturam quòd valeat,& quòd non teneatur quis de lata culpa. in l,j.§.si conueniat.nu.2.ff.depos. 113

7 pactum de retrouendendo pro eodem pretio non est improbatum à iure tanquam faciat præsumi contractum pignoratitium & factum in fraudem vsurarum.in l.j.nu.5.6.& 8.C.de pact.inter empt.& vend. 235

2 pactum factum ab vno ex duobus reis credendi alteri non nocet, secus in iuramento,in l.duobus reis.nu.1.ff.de iureiur. 29

2 pactum à principio contractus,q̃ si non soluero intra talem terminum,res tibi pignorata sit in solutum pro pecunia data,quare non valeat , & quid si pro pretio æstimando,seu ut illud habeat fideiussor,quæ soluit.in l.Titius. nu.2.ff. de pig.act. 86

2 pactum ut soluatur frumentum pro certa æstimatione,valet.in l. sed addes.§. si dominus.nu.3.ff.loca. 131
pactum,quod obligatus ad certam summam librarum soluat.in l.florenos sub certa æstimatione,valet.ibi.nu.4.

2 pactum appositum iuxta traditionem rei,non dicitur nudum,quia vestitur cohærentia traditionis.in l.si dominus.nu.3.ff.de præscrip.ver. 141
Quod ex tali pacto oriatur actio præscriptis.verb.ibi.nu.4.

1 pactum negatiuum quando dicatur personale.in l.qui in futurum.§.si ex altera.nu.2.ff.de pac. 72

1 pactum vnius ex sociis remissiuum debiti quòd valeat in præiudicium paciscentis non alterius socii.in l.si vnus.nu.4.ff.de pac. 62

1 Per pactum liberatorium potest uni ex hæredibus tantum prouideri , sed per pactum obligatorium & acquisitorium,secus,quia tunc cuilibet ex hæredibus pro hæreditaria portione acquiritur.in l.auus nepotis,num.1. & 3. ff. de pact. 67

3 pactum valet in præiudicium mariti,ne dotem sibi promissam petat,& quando non ualeat.in l.si socer.§.Lucius. nu.2.& 3.ff.sol.mat. 30

4 pactum factum cum vno ex reis credendi,an noceat aliis.in l.in lege fal. n. 3. ff.ad leg.falc. 106

2 pacto non cogitur quis vti in eius fauorem apposito.in l.quamuis.nu.2. ff. de pig.act. 80

1 paciscí possum ne petatur à me vel ab hærede meo non nominando personam proprio nomine.in l.si tibi decem.§.si quis.nu.4.5.7.& 8.ff. de pac. 60

1 paciscí potest quis ne petatur ab illo qui habet causam ab eo & quærit illi directam exceptionem pacti quia interest sua quòd causa illi non moueatur. in l.si tibi decem §.pactum.nu.2.ff.de pact. 61
pactum personale facilius transit autore uiuente in singularem successorem quàm eo mortuo transeat in vniuersalem.ibi.nu.3.

pactum factam falso prælato vel intruso ꝙ non profit vero prælato.in d.l.si tibi decem.§.cum possessor.nu.2.ff.eo.
paciscens si concipiat verba in personam alterius vel suam aut in rem ut est filius,seruus quare hoc casu profit patri vel domino.in d.l.si tibi. §. filius. nu. 2.4.5.& 6.ff.eod.
1 pactum de quota litis quòd non valeat,& qui illud facit dicitur litis redemptor & debet sibi intercedi officium aduocationis vel procurationis,& perdit actionem mandati quam habebat ad id quod soluit pro clientulo.in l.sumptus.n.2.ff.de pact. 72
1 pactum plus potest quam lapsus temporis in perdenda seruitute. in l. nam satis.§.si ego.nu.2.ff.quemadmodum.serui.amit. 179
7 pactum vel conuentio,an valeat super iure successionis futuræ conseruando quod perderetur si pactum non fieret.in l.fi.nu.11.C.de pact. 51
1 pactum de non petendo si tenebaris mihi vltra quingentos aureos, an valeat sine insinuatione.in l.tale pactum.nu.6.ff.de pact. 68
8 pactum reprobatum à iure potest per consuetudinem approbari quando non est contra bonos mores.in l.pactum.nu.8.C.de colla. 26
5 pacta apposita in contractu princis vel alterius habentis potestatem legis cõdendæ,an habeant vim legis non solum quo ad ipsos contrahentes sed etiam quo ad alios subditos.in l.cesar.nu.7.ff.de publ.& vect. 32
1 pactum potest fieri vt creditor non petat sortes quousq; debitor soluat vsuras.in l.item.nu.6.ff.de pact. 53
1 Actum si sit quòd sors nũquam petatur,an illud quod pro ea soluitur annuatim sit vsura.in l.item quia.nu.6.ff.de pac. eod.
1 pactum hoc si quis concedat mihi solum iure liuellario vel emphyteuticario & ædificium iure proprio,an aliquid operetur vt ædificium non cedat solo finita emphyteusi.in l.seruitutes.nu.7.ff.de seruit. 164
1 pactum factum putatiuo hæredi vt adeat hæreditatem quòd prosit vero hæredi.in l.Imperator.nu.2.ff.de pact. 73
pactum de non alienando rem propriam quando valeat vt si prohibitus alienat non valeat alienatio,& si alienatio tenet,quando teneatur alienans ad interesse.in l.nemo.nu.2.ff.eod. eod.
1 pactum quòd quis possit pro debito capi, & incarcerari aliter quàm de iure liceat,an valet.in l.si quis.nu.2.ff.de pact. 71
1 pacto priuatorum quòd non potest fieri,an possit fieri per legem.in l. non impossibile.nu.2.& 4.ff.de pact. eod.
1 pactum generale vel quietatiuum quòd non possunt restringi salua ratione recti sermonis non tamen extenduntur ad occultata dolo alterius partis nec etiam ad ignorata nec ad superuenientia de nouo.in l.emptor.§.Lucius.nu.2. ff.de pact. 70
Quid si fuit dictum ꝙ quietatio ista esset plena,& plenissima.ibi.nu.3. 71
pactum non vestit traditio quæ fit ex causa necessaria nec vestimento cohærẽtiæ nec vestimento rei interuentu.in l.in traditionibus,nu.3.ff.eod.
1 pactum non omne de non petendo continet donationem.in l.contra iuris. §. si filiusfa.nu.3.ff.de pac. 66
pactum factum a filio vel a seruo tempore contractus celebrati per eos plus potest nocere quam dudum post,ibi.nu.4.
1 paciscens ꝙ videatur confiteri si in iudicio tunc illa cõfessio est sufficiens ad condemnationem etiam in delictis & quando infamet sed si extra iudicium secus sed sufficit ad torturam.in l.athletas.§.item si quis.nu.4.ff.de insa. 81
2 pactum fideiussoris,an prosit reo.in l.duobus reis.§.quòd si reus.nu.4. ff.de iureiuran. 29
7 pactum ꝙ creditor retineat rem in solutum pro debito si non soluatur intra certũ tps non valet sed reprobatur in pignore nisi fuit appositũ ex postfacto vel nisi fuisset actũ ꝙ ,p iusto ptio retineat.in l.pactũ.nu.2.C.de pig. act. 201
6 pactum ꝙ non licet ante terminum soluere,an valeat.in l.qui Romæ. nu 6.ff. de verb.oblig. 37
1 pactum de non petendo potest etiam fieri incontinenti antequam partes diuertant ad alios actus,& tunc facit videri contractum non fuisse celebratum, in l.ab emptione.nu.9.ff.de pac. 73
Quid in pacto resolutiuo,ibi.
An tunc debeat solui gabella ex forma statuti,ibi.nu.10.
2 pactum de non agendo impedit litem contest.licèt non sic in pacto de nõ petendo.in l.si postea.nu.3.ff.de pecu. 103
1 pactũ vt ualeat tria sũt necessaria.i l.iurisgentiũ §.prætor ait.n.1.ff.de pac. 56
2 paciscens ad meam vtilitatem,si actionem, quam ex pacto acquirit, tenetur mihi cedere,tenetur etiam debitorem ad instantiam mei liberare. in l. si cum venderet.nu.2.ff.de pign.act. 82
2 pactum in dote non valet vt maritus eam lucretur sol. mat, per eius mortem superstite vxore,sed debet ad eam redire, & quid in donatione propter nuptias.in l.3.§.sin autem.nu.2.C.de bo.quæ libe. 112
7 pactum interdum dicitur personale respectu fideiussoris vt sibi non prosit non respectu hæredis:interdum respectu utriusque.in l.j. num. 2. C. de fideiuss. mino. 86
5 pactum legis commissoriæ vel adiectionis in diem qualiter dicatur ut ex eo transferatur dominium ipso iure in uenditorem sine noua traditione. in l.1. nu.6.ff.de dona. 34
6 pactum de non petendo factum ab uno ex correis debendi, an alteri noceat sicut nocet acceptilatio.in l.2.nu.5.ff.de duobus reis, 50
3 pactum, vel statutum de lucranda dote locum habet etiam in dote non soluta marito,sed promissa.in l.mulier.nu.2.ff.de cond.inst. 104
Quid si statutum dicat quòd lucretur dotem datam,ibi.
7 pactum incontinenti appositum de vsuris præstandis quare non valeat in mutuo pecuniæ,& quid in mutuo frumenti vini vel olei.in l,quamuis.nu. 4. C.de vsur. 216
7 pacta nuda quæ sint,& quæ vestita.in l.legem quam.nu.2.C.de pac. 44
6 pactum vnius ex correis quando sunt socii,an pactum unius minus noceat socio quam quando non sunt.in l.ex duobus.nu.3,ff.de duobus reis stip. 54
7 pactum de non succedendo licèt sit inualidum de iure ciuili tamen non est cõtra bonos mores,& an firmetur iuramento.in l.pacta q̃.n,2.& 3.C. de pac. 43
De iure canonico non dicitur contra bonos mores nisi illud quod inducit ad peccandum,ibi.nu.3.
1 Pactum filiisfa.non nocet patri etiam in actionibus vel iuribus illi quæsitis per ipsum filium sed in quærendis bene potest præiudicare.in l. si quis iniquum. §.si filius.nu.1,ff.quod quisque iu. 23
7 Pactum incontinenti appositum iuxta contractum vestitum qualiter recipiat fomentum ab eo,& vestiatur vt pariat actionem,& quam actionem, & quando informet actionem veterem.in l.in bonæ fidei.nu.2.C.de pac. 45
7 per pactum extraiudiciale non potest quis prorogare iurisdictionem iudicis non sui & cui nullo modo subest: & si instrumento consentiat se posse vbique conueniri vbicunq; fuerit repertus per hoc non tribuitur iurisdictio iudici non suo,& si coram eo conueniatur potest forum declinare ante litis contest. in l.si quis,nu 3.C.de pac. 50
2 pactum de non uendendo appositum ab eo,qui habet ius in re,ꝙ impediat vẽditionem fieri.in l.si merces.§.qui fundum.nu.2.ff.loc. 132
7 pactum incontinenti appositũ quando dicatur.in l.fi.nu.3.C.de erro. aduo. 66
3 pactum non ualeat,vt liceat creditori propria authoritate suum capere. in l. alia causa.§.eleganter.nu.2.ff.sol.mat. 14
5 pactum appositum contra naturam contractus non uitiat contractum in aliã speciem si hoc potest fieri salua ratione recti sermonis.in l.vbi ita donatur.nu. 2.ff.de dona.& mor. cau.ca. 42
pactum appositum non contra substantiam contractus sed contra accidentalia vel naturalia valet, ibi.nu.3.
Quid si apponatur contra naturam rei in contractum deductæ,ibi.
4 pactum l.commissoriæ non est,si vendo,& trado cum hoc ꝙ nisi soluas intra terminum res ad me reuertatur,& dominium non reuertitur ipso iure,sed requiritur traditio.in l.Lucius.§.tres hæredes.nu.6.ad Trebel. 136
1 ¶Papa vel Imperator non indiget prorogatione cum sit iudex competens in omni causa.in l.2.§.sed si.nu.12.ff.de iudi. 120
7 papa potest tollere constitutiones factas in concilio dummodo hoc dicat expresse in l.humanum.nu.2.C.de leg. 27
1 papa solus ꝙ possit Imperatorem priuare sicut,& confirmare,& coronare & iurat sibi fidelitatem.in l.non ambigitur.n.6.ff.de leg. 10
4 papa si mandat conferri beneficium alicui si est idoneus,istud mandatum non est conditionale:secus si exprimatur conditio quę non inerat. in l. hæc verba. nu.3.ff.de leg.j. 3
3 papa non dispensat cum monacho existente monacho,ꝙ teneat propriũ, vel capiat uxorem sed bene potest facere ipsum non esse monachum, & tenebit. in l.is qui putat.nu.5.ff.de acqui.her. 112
1 papa vel princeps dando alicui iudicem delegatum non uidetur ipsum habilitare ad agendum nec excommunicatum absoluere sed rescriptum est ipso iure nullum.in l.libertus.nu.2.ff.de in ius vo. 27
3 papa si concessit alicui beneficium tanquam vacaturum,& iam tempore concessionis uacet,an debeatur impetranti.in l.Titius.§.Lucius.nu.3. ff. de libe. & posthu. 63
1 papa,an de consilio cardinalium facere debeat negotia ponderosa.in l.j.nu.5. ff.de legib. 9
4 papa si cassauit omnes religiones fratrum minorum,& prædicatorum, an uideatur cassata illa quæ partim uiuebat de eleemosinis, & partim de redditibus.in l,Titiæ textores.nu.5.ff.de leg.j. 17
4 papa si pro debito ecclesiæ grauat primo clerum totius ciuitatis ut illud soluat deinde grauat totum clerum prouinciæ, in potestate ecclesiæ est exigere totũ a clero ciuitatis vel a clero totius prouincię,& tunc pro rata cõputabitur clerus ciuitatis,in l,si tibi homo.§.si testamento.nu.4.ff.de leg.j. 38
4 papa si mandat prælato alicuius ecclesiæ ꝙ aliquid faciat sub nomine dignitatis tale mandatum tanquam factum dignitati potius quam personæ ligat successorem licèt non fuerit legitimè constitutus & postea declaratus non fuisset tunc prælatus.in l.peto Lucium.§.mater.nu.3.ff.de leg.2. 62
3 papa si mandat aliquibus ad instãtiam alterius,quòd debeant se informare de aliquo,& si reperiatur ita esse,vt sibi fuit narratum,faciant, &c. qualiter tunc isti commissarij debeant procedere,& pronunciare.in l.eum qui.§.filiusfa. nu. 2.& 3.ff.de acqui.hære, 121
4 papa si concessit episcopo ut mensæ suę possit vnire aliquam capellam deficiente uel mortuo patrono non facit concessionem conditionalem. in l. hæreditatum.nu 7.ff.ad leg.falc. 107
3 papam fallit interdum obliuio in his quæ consistunt in iure. in l. omnium testamento.nu.4.C.de testa. 41
7 papa an debeat omnia facere cum consilio Cardinalium.in l.humanum.nu. 6. C.de leg. 27
4 papa si mandauit conferi tali præbendam quam duxerit acceptandam in tota prouincia vel diæcesi,& alteri mandauit conferri præbendam quam duxerit acceptandam in tali ecclesia eiusdem prouinciæ, & vacet præbenda illius ecclesiæ in qua primus uult prę ferri ꝙ ipse primus præferatur.in l,si domino. nu.4.& 5.ff.de leg,j. 41
8 ¶Paraphernalia qualiter sint melioris conditionis quàm dotalia,& quòd præsumantur esse mariti si per eum possidentur nisi vxor probet ea esse sua. in l.j. nu.2.C.de priui.fisc. 148
6 ¶Parentes qui aliquid habent magis curantur & timentur à filiis. in l. vtrum. nu.3.ff.de verb,oblig. 31
5 ¶Paries communis quando est vitiosus, & dat damnum, an debeat inuicem præstari cautio.in l.damni infecti quidam.§.cum parietem.nume 2. ff. de dam. infec. 25
An & qualiter seu quando committatur,ibi,nu.3,
1 partes possunt facere vt actus earum non sortiatur illum effectum qui sibi datur a iure in l,emptor.nu.2.ff.de pac, 70
1 paries.quando licet facere ignem vel caminum iuxta parietem communem in l,quidam Iberus.nu.3.ff.de seruit.vrban.præd. 169
4 ¶Paria sunt non ponere vel ponere sed non clare.in l.Titiæ textores. nu.3. ff. de leg.j. 16
4 paria sunt relinquere vniuersitati vel communi talis loci & relinquere ciuibus uel municipibus eiusdem.l.municipibus.nu.3.ff.de cond.& demon. 92
7 paria sunt aliquem non esse tutorem vel esse, & non habere administrationem.in l.si tutor tuus.numero 2.C.in quib.cauf.in integ. restitut. non est necef. 93
4 paria sunt non habere mandatum vel habere sed tale quod se non extendit ad causam de qua agitur.in l.j.§.fuit quæsitum.nu.3.ff.ad Treb. 111
2 paria sunt cogitasse de aliquo in specie,vel in genere.in l. quam Tuberonis.§. sunt quidam,nu.7.ff.de pecu. 99
1 paria sunt non esse,vel esse inutile. in l.j.§. quibus,numero 6.ff.quod cuiusque vniuer. 103

paria

Index ſingularium materiarum

1 Paria ſunt quem non eſſe, vel eſſe inutilem. in l. quoties. nume. 2. ff. qui ſatiſd. cog. 33
Satiſdatio ſi non eſt idonea qualiter agetur. in l. quoties, numero 3. ff. qui ſatiſ. cog. eod.
1 paria ſunt non habere membrum, vel ipſum debilitatum habere, & inutile. in l. de quibus. nu. 13. ff. de legi. 13
2 paria ſunt conditionem non ſore ſecutam, vel ſecutam eſſe, non tamen propter dationem, vt concedatur repetitio. in l. dedi tibi, §. ſi liber, nu. 2. ff. de cõd. cau. da. 38
4 paria ſunt aliquid eſſe de præſenti, vel ſperari, quòd incontinenti fiat, in l. mulier quæ. §. non eſt. nu. 2. ff. ad Treb. 120
3 paria ſunt ſcire, & ſcire potuiſſe facta diligenti inquiſitione, in l. ſi duo. nu. 5. ff. de acqui. hęre. 119
8 paria an ſint, relinquere libertatem directo, & aliud per fideicommiſſum. in l. omne verbum. nu. 2, C. commu. de leg. 93
4 paria ſunt dicere lego dimidiam, & lego portionem dimidiæ, in l. Lucius. §. filiam. num. 2. ff. de leg. 2. 69
6 paria ſunt dicere promitto tibi tale quid ſub pœna centum, & dicere ſi non ſoluero promitto centum. in l. ad diem. nu. 2, ff. de verb. obl. 24
4 paria ſunt relinquere ſub modo vt tale quid facias, vel ſub conditione. ſi cauebis te aliquid facturum vt neutro caſu legatum ſit conditionale. in l. quibus. §. Termilius. nu. 4. ff. de cond. & demon. 83
1 paria ſunt defectum eſſe in ſubſtantia obligationis, vel eſſe in facilitate conueniendi ad hoc vt alius fideiuſſor dari debeat. in l. j. nu. 2. ff. ſi quis in ius uoc. non ierit. 28
3 paria ſunt ſubſtituere vltimo morienti, vel ſubſtituere cuilibet cum expreſſione nominis collectiui, quia utroq; caſu ſi moriantur, ſimul ſuccedit ſubſtitutus vtrique ex ſubſtitutione. in l. qui duos. nu. 4. ff. de vulg. & pupil. 98
8 paria ſunt ſoluere & promittere. in l. cum certum. nu, 2. C. ad leg. fal. 101
4 paria ſunt limitatum diſponere, vel diſpoſitum limitare, in l. plane. §. ſed & ſi quis. nu. 2. ff. de leg, j. 16
7 paria an ſint, dicere relinquo tibi habitationem talis domus, & dicere relinquo tibi vſumfruc. habitationis, & an differat ab vſufruct, in l. cum antiquitas. nu. 2. & 3. C. de vſufr. 164
7 paria ſunt non habere mandatum, vel habere tale, quod non extenditur ad articulum de quo quæritur. in l. ſi procurator. nu. 2. C. de procur. 70
4 paria ſunt promittere per ſe uel facere per alium promitti. in l. cum pater. §. Męuio. nu. 7 ff. de leg. 2. 64
4 paria ſunt aliquid non eſſe factum, & factum eſſe inutiliter, in l. ſi minor, nu. 4. ff. de leg. j. 41
4 paria ſunt ignorare iuriſdictionẽ habere, vel ſcire, & ignorare poſſę exercere. in l. multum. nu. 5. ff. de cond. & demon. 80
4 paria ſunt limitata diſponere, vel ſimpliciter diſpoſita limitare. in l. j. num. 8. ff. ad leg. falc. 94
4 paria ſunt legare nomen debitoris vel legare quod exigitur ab eo, & ſicut primum legatum eſt purum, & hęres liberatur cedendo actionem, ita & ſecundum, & ſi eſſet conditionale non poſſet agi ut ſibi actio cedatur, ſed tantum poſt factam exactionem. in l. ſi Titius. §. cum ita. nu. 2. ff. de leg. 2. 56
1 paria ſunt a principio vnum tantum acquirere, uel acquirere duo & perdere unum, in l. ſi mihi. nu. 2. ff. de ſerui. ruſti. prędio. 172
paria sũt a principio limitata diſponere, vel ex poſtfacto diſpoſita limitare. ib.
8 paria an ſint, fiſcus & reſpubl. Romanorum. in l. mancipia. n. 4. C. de ſer. fugi. 5
4 paria ſunt noluiſſe, uel de uoluntate non apparere. in l. qui quartam, num. 2. ff. de leg. j. 9
1 paria ſunt filios nõ extitiſſe, vel extitiſſe, & poſtea fuiſſe excluſos, in l. pater filium. nu. 7. ff. de inoffi. teſt. 144
2 pares qui ſunt in tempore, ſunt pares in iure, in l. aliena res. §. ſi pluribus. nu. j. ff. de pig. act. 83
1 partem an faciat, qui non admittitur ad partem. in l. Papinianus. §. quoniam. nu. 3 ff. de inoffi. teſt. 141
8 Qui non admittuntur ad partem non faciant alijs partem, & quando. in l. 2. n. 2. C. ad Orfi. 108
1 partem non facit qui non admittitur ad partem nec admitti ſperatur ſecus ſi admitti ſperatur. in l. qui repudiantis. nu. 2. ff. de inoffi. teſt. 145
2 pars rei quando peti poſſit. in l. ſi ſeruus. §. boue ſurrepto. num. 5. ff. de condictio. furti. 64
1 partes diſcordantes qualiter reducat iudex, & cogat ad concordiam. in l. itinere. nu. 4. ff. de ſer. ruſti. prædio. 173
6 partes an poſſint conuenire ad inuicem, ꝙ feratur ſententia etiam parte non citata. in l. j. §. item cum ex edicto. nu, 3. ff. quæ ſen. ſine appel. reſcin. 110
5 pars ſubiectiua, quæ dicatur, & quæ integralis. in l. ſi mater. §. ſi quis iter. nu. 2. ff. de excep. rei iudi. 90
4 pars iuncta cum toto plus valet quàm ſeparata. in l. Męuius. §. in fundo, nu. 2, ff. de leg, 2. 60
